

curarem. Cui fidelissimo Consilio  
morem etiam, quam lubentissimè  
gerebam; Puerperio adhuc ægrotan-  
tem Uxorem, una cum quatuor par-  
vulis infantibus huc comitando, po-  
stea verò ego Wisnariam revertēbar,  
per totum Obsidionis tempus, quod  
duodecim durabat septimanas, sub  
umbra alarum Domini Salvus pariter  
ac incolumis manens, dulcissima  
mea conjuge, charissimisqve Liberis  
Tuæ fidei ac Curæ commissis. Tra-  
dita Urbe die XIII. Decembris, qui erat  
Dies Lucix, Potentiss. Daniæ Regi,  
febri quædam Castrensi & maligna,  
quam Petechialem vocamus, afficie-  
bar, & tum decumbentem me amore  
tuo, curaqve tua denuo complecta-  
baris, dulcissimis tuis Literis, aliisque  
benevolentix tuæ signis, perquam  
singulariter me recreans, repetitâ ad-  
monitione ut propter metuenda no-  
va belli molimina me huc iterum  
conferrem. Admonitus tam bene-  
volè grato obsecutus sum animo, &  
ad semper annum resignato Physicatu  
meo, Anno 1675. post Johannis Bapti-  
stæ Festum huc appuli, praxinqve de  
novo cœpi. Cum verò DEo Cle-  
mentissimo sic fuerit visum, ut Tuum  
tum temporis conjunctissimum Col-  
legam Dn. *Johannem Fitzmannum*,  
Med. Doctorem & Physicum, Virum  
profundæ eruditionis, acris ingenii,  
vereqve constantis ac firmæ valetu-  
dinis per subitam ac inopinatam,  
beatam tamen ἀνάλυσιν Anno 1694.

A 3

die